1517.

314

Sigismundus Primus Rex Poloniæ
Balinski Dispensatori Marieburgen.

Generose Fidelis, Dilecte—
Ratum habemus, id, quod in Conventu Elbingen. egisti nomine nostrô in negotio Rndi Domini Episcopi Vladislaviens. et ejus Ecclesiæ. Nollemus enim ut Illa à Subditis nostris incommodū vel molestiam aliquam paciatur—

Molendina Marieburgen. quæ scribis destructa esse, volumus ex his pecuniis, quam pro reparatione Arcis designavimus restaurari. Provideatis igitur ne quod in eisdem molendinis detrimentum capiamus—

De Contumatia Elbingensium, et marieburgen. nihil adpræsens agi volumus, prout Mgfco Palatino Juniviladislaviensi scripsimus.—Dat. Vilnæ—